Paulo ante euangelista dixerat quia ipse ihesus incipiens erat quasi annorum xxx. Pau-
ca tempora ab illo fluxerant usque ad hoc quando xl anni completi erant. quanto magis l
non erant. Aut forte iudei dicebant quia xxx annorum illum esse dicebant, quia hoc erat et non
illum dicebant quinquagenarium dum l annos habere dicebant quamuis et hoc amplius erat. Qui ut
xxx annos nominabat quod amplius erat non negabat. Qui ad l annos non credebant
multo magis quod amplius erat non negabat. Qui ad l annos non credebant mul-
to magis quod amplius erat non credebat. Quod ergo? Quando xxx annos euangelista nominabat
nichil nobis certum determinare uoluit de spacio temporis etatis ihesu. hic hominis christi
usque ad consummationem cogitaueritis, ultra non procedet. Si amplius habuit in eo quod hic habuit. Trigin-
ta annorum erat ihesus. homo xxx annorum erat quia etas hominis xxx annorum erat. Tri-
ginta annorum fluxerunt et non amplius ergo homo esse ceperat. Propterea homo xxx annorum et non plus
quod. Si homo xxx annorum tantum erat, in me sunt hec de xxx annorum tantum erat quia homo tantum
xxx annorum erat. Quam recens deus, quam in parua etate. hic deus. De parua quia paruus
factus. parua etas in paruo. magna eternitas in magno. Tamen plus temporis non habuit ubi
temporalis fuit. Deus eternus fuit. quid dicam? plus fuit. Paruum fuit hoc. Tempus et neque
ad comparationem eternitatis accedere potest. Igitur eternus fuit et xxx annorum tantum fuit
et in tempore cepit et ante tempora fuit et in eo quod cepit in tempore factus est homo et in eo quod fuit ante
tempora factor est deus. Et non cepit esse homo ex tempore non tamen cepit quasi prius non fuisset, et similiter cum
factus est homo non tamen factus est quasi prius non extitisset. Propterea eos qui christum in creaturam esse dixerunt
fides catholica condempnauit quia christus quamuis in tempore esse cepit non tamen omnino esse cepit
quia super tempora et ante tempora idem ipse semper deus fuit. Hoc est autem creaturam esse aliquid esse
de nichilo. hoc est esse aliquid et fuisse nichil. Non autem omnis quod aliquid esse incipit id in-
cipit quia aliquid esse incipit. Sic quod aliquid esse desinit non ideo esse desinit quod aliquid esse
desinit. Ut ita aliquid esse desinit ut nichil sit sed solum ut id quod est esse desinit ut
non sit. Sic non semper quod aliquid esse incipit ita aliquid esse incipit quasi esse incipiat ut aliquid
sit sed ut aliquid quod prius non fuit esse incipiat ut iam sit. Ita christus quando homo esse incepit aliquid esse
incepit, nec tamen ita aliquid esse incepit quasi prius non fuisset aliquid. quia et prius quam hoc fuit quod
aliquid esse cepit fuit aliud quod semper fuit et numquam cepit. Itaque deus homo factus est et tamen deus
creatura non est. quia deus factus est pro eo factus est quia creaturam assumpsit quod semper non habuit